

Plurimum Reverende et Clarissime Viri, D. Pa.
trua Venerande,

N.

Scippsi paulo ante discessum meum Groningā ad tuam Rev.^{am},
nec dubitem quin redita sint literae, quamvis nullam eam mentionem fa-
ciat. Gaudeo interim ex animo, quod audiam Reverendos viros, rursus
Pastores, non tantum ~~beignē~~ de mea tenuitate iudicasse, sed et restios,
de quibus magis fui sollicitus. Hi enim tantum ex strepitu et clamore
gestibusq; ad histrioniam compositis plerumq; iudicare solent. Vides et
agnosco, Deum me tuae temporis clementer respexisse et ex tentatione
eripuisse. Horreo adhuc, cum ~~igit~~ expendo, quae cogitationes animum
subverunt. Communicato autem cum Clarissimis Parentib; consilio de
exercitio linguae Germanicae impetravi licentiam excurandi Bremam, quod,
ni fallor, jam antehac significavi. Illuc igitur me contuli, et musaeum
mibi apud D. Affinem ~~Disputas~~ concessum occupavi, forte aliquot
menses, forte et huiusmodi ibi exacturus. Librorum quantum satis visu
fuit ad propositum meum mecum sumsi, imprimis autem à tua Re-
verentia edictos peroviso, et cum voluptate lego, nunquam Dei beneficio
sine fructu. Interim Pastores nostros subinde saluto et amicitiam illorum
mibi concilio. quod proposui, cum huc irem, propediam in nomine Domini
fextabo. Si simul succedat, quod spero, volupe erit saepe dicere.
Ceteram curam, uti monet Rev. Patruus, in Deum revolvam.
Si Deus huc me vocaverit, animos nostrorum Procerum et huius Ecclesiae
mibi reddet proclives et benevolos, et spem dabit promotioni. Si
alioquin, et nominatim in Belgium, ipse providebit. Mihi varò non
licet discurre, sed uni loco ad tempus me affixum esse decebit.
In pastorib; nostris nihil magis miror quam ambitionem et lites de pri-
vatu. Nullus ē, qui velit ēē Episcopus et laicos optet capellanos.
In grege observe pessimissima de concisionib; pastorum iudicia. Deleo
vicem utronumq;. Sed dissimulanda et ferenda haec sunt ei, qui grati
illorum indiget. Tu, reverende D. Patruus, mei subinde rationem
habe, et consilium tuum mihi impertire. Salve plurimum
cum D. Amica, cum lectissimis patruelibus, Reverendib; D. Hasla,
rio, cui cum dilecta sponsa ~~iterum~~ gratulor. Salutem et officia
et Cl. D. Lincano nunciari peto. Vale.

Salutat D. Affinis, ejusq; filius.

Rev. et Clariss. D. Patruus obser-
vantissim;

Hermannus Coccejus.

Bremæ 30 Aug. st. v. 1659.

Plurimum Reverendo, Clarissimo
Viro, Viro Johanni Coccejo, SS.
Theol. Doctori et Professore, p. t.
Aet. Magnifico, Patrio meo
eternum Venerando.

Leidam
~